Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35145
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



subdit suis orbem legibus ℣ prestet nobis gratiam dei
tas beata patris ac nati pariterque spiritus almi. Qui to.
Ille inquid testimonium perhibebit de me. Perhibuit
spiritus sanctus testimonium domini. quia cordibus apostolorum
illapsus. plenissimam eis diuinitatis sue huma
nitatis xpi sciam contulit a deo. ut quantum mor
talis fragilitas patitur. queque de eo nossent.
videlicet qualiter vnius cum patre esset substancie.
eiusdemque maiestatis quod is qui ante secula
deus erat apud deum. homo inter homines appa
ruit in fine seculorum quod de virgine natus acce
perit. ut idem homo idem esset et deus. quod sponte
sua passus et propria virtute a mortuis resur
rexit. atque in celum ascendens in patris dex
tera sederit. postremo quod in fine mundi equus
omnium iudex uenturus sit. Rem Benedicamus
patrem et filium cum sancto spiritu laudemus et super exaltemus
eum in secula ℣ Benedictus es domine in firmamento
celi et laudabilis et gloriosus. In secula. Lectio.
Sed hec locutus sum uobis. Idcirco uobis ea
que nominis mei causa passuri estis pronuncio.
ut cum uenerit hora hoc est eorum tempus que
predicta sunt ad memoriam reducatis uobis me

16. (251.)